

de Suselitz et aliorum circumsedentium et silvam villae Ratsvitz in ipso fundo. Ubi autem rivulus in decursu venerit contra agros in monte sitos saepedictae villae, ab ipso rivulo sursum usque ad ipsos agros sunt termini silvae ad ecclesiam pertinentis. Ut autem haec nostra donatio rata imperpetuum et inconvulsa permaneat, praesentem paginam sigilli nostri et capituli nostri munimine roboratam ipsis pro testimonio porreximus sub interminatione anathematis firmiter inhibentes, ne quis temerario ausu aliquid ex his quae ad ipsam ecclesiam pertinere videntur malitiose aut violenter sibi praesumat usurpare. Quod si quis diabolica suggestionem attemptare praesumpserit, a communione sacrosanctae ecclesiae segregatus in poena gehennali cum apostata angelo aeterno supplicio condempnetur. Testes huius facti sunt Lutherus, Vlricus, Bertramus, Wipertus, magister Martinus Misnenses canonici, dominus Meinherus Misnensis praefectus, dominus Otto de Suselitz, Hoygerus de Schassowe, Guntherus de Zlowin, Matheus de Mussewitz. Acta sunt haec Misnae anno dominicae incarnationis M^o.CC^o.V^o. pontificatus nostri anno XV^o. indictione VIII^a.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den Siegeln des Bischofs und des Capitels an leinenen Fäden.

Ursinus Afra S. 113 ff.

No. 150. 1206. 6. Juli.

P. Innocentius III. bestätigt auf Ansuchen des Probsts und Convents zu St. Afra diesen die ihnen verliehenen Besitzungen.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis .. praeposito et fratribus ecclesiae sanctae Afrae salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum imperitari. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu possessiones, quas ecclesia vestra habet in Zletouwe et Storkewic, et decimas et scokones quos habet in villis et dominicalibus earum, videlicet in Predouwe, utroque Kagam, Rochim, Niemoschiz, Leuskiz, Choniniwiz et in utroque Miran, Kaschouwe et in utroque Kanin, Zelice ac utroque Letouwe, Jaurniz, et apud castrum Mirsn et modios et maldratas in Crobere, Broctri, Cleuwan, Sornewic et Ocrum, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis et in autentico venerabilis fratris nostri .. Misnensis episcopi continetur, vobis et per vos eidem ecclesiae auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam ab eodem episcopo ibidem institutus esse dinoscitur, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter observetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum II nonas Julii pontificatus nostri anno octavo.

Jac.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an Fäden von rother und gelber Seide.

Ursinus St. Afra S. 116 f.